

"(b) Romani hujus Concilii acta ego in Codice saeculi XII. reperi, & cum editis ab Holstenio contuli, variantesque adscriptis evulgas in nova editione Conciliorum, quæ Veneriis per hos annos producitur.

"(c) Manet adhuc sub lite num ea quæ leguntur in Martyrologio Adonis de instituto in Galliis Festo omnium Sanctorum hortante Gregorio IV. sincera fuit Adonis, vel ab alio in eis Martyrologio intrusa. Suspicatur vero Cl. Georgius ejus Martyrologii restitutor novissimus Gregorium nihil aliud Romæ curasse, quam ut hoc festum (ibi alias ex instituto Bonifacii IV. celebratum die XIII. Maii, qua dedicatio S. Maria ad Martyres agebatur) in ipsas Kalendas Novembres transferretur, aut etiam fuisse Ludovico Imperatori, ut in Galliis pariter eadem translatio admitteretur, ac servaretur. Constat enim ex Martene in opere de antiqua Ecclesiæ disciplina in Divinis Officiis Festum omnium Sanctorum etiam ante Gregorium IV. in Gallia obtinuisse. Vide eundem Georgium ad diem Kalend. Novembris.

"(d) Viderint Docti num admittenda sit conjectura hæc mea, quam eorum iudicio submittio. Joannes secundus alio nomine Mercurius appellatus est, ut ex marmore, quod adhuc visitut, & plures afferunt, discimus. Num iste primus omnium fuerit Pontifex, qui in assumptione sua paganum nomen in Joannem mutavit? Cl. Muratorius aliud exemplum mutati nominis a Pontifice detexisse sibi visus est in Benedicto VIII. qui alterum nomen gessit (facile ante Pontificatum) Theophylacti. Quod ego nomen tenuisse etiam Benedictum IX. erui ex vetustissimo Catalogo Rom. Pontificum ab Eccardo vulgato. Vide annotationem meam ad Baronii Annales ad an. 1012. edit. Luc.

D. Cum bona tua venia, te hic paululum interpellabo. Nihil siquidem haec tenus dixisti de Joanna Papissa, quam tamen nescio quis mihi nuperrime dicebat successisse Leoni IV. Pontifici Maximo, & sedisse annos duos, mensem unum, & dies quatuor. Idque ex triplici potissimum capite probare nitebatur. Primo, quia hæc Historia, ut ajebat, de Joanna Papissa, legitur in Chronicis Marianæ Scotti, Sigeberti, Martini Poloni, & in Speculo Historiali Vincentii Bellovacensis Ordinis Prædictorum. Secundo, quia Statuam Joannæ Papissæ in Ecclesia Senensi inter alias Pontificias Joannes Launojus Sacra Facultatis Parisiensis Doctor, in Dissertatione de Autoritate negantis argumenti, testatur se vidisse anno MDCXXXIV. quo Senas transivit. Demum, quia Romæ in Basilica Lateranensi asservatur etiamnum Sella perforata, quam vocant Stercorarium, in qua recens electus Pontifex sedet, & ad præcavendam omnem fraudem exploratur illius sexus antequam consecratur. Tuum itaque de hac, quæ circumfertur, Joanna Papissa Historia judicium scire percipio, cui libentissime adhæserum me constanter promitto.

M. Decantatam jam pridem, sed male consutam ac consarcinatam fabulam venditavit tibi nugator iste homo, in qua de tempore, nomine & patria istius Papissæ Joanne, res nec veras, nec verisimiles contineri, non solum Catholicæ Doctores Labbeus, Leo Allatius, Natalis Alexander, & alii complures, Sole clarius commonstrauunt, sed etiam inter Hæreticos, quamvis sint jurati Sedis Apostolicæ hostes, Pseudo-Minister Blondellus hoc figmentum edita peculiari Dissertatione egregie confutavit. Certum quippe est (ut alia bene multa prætermittam momenta, queis hæc de Joanna Papissa fabula exploditur) certum, inquam, est, Anastasium Bibliothecarium, Adonem Viennensem Archiepiscopum, & alios antiquos Scriptores, qui Romanorum Pontificum Seriem, vel Catalogum texuerunt, diserte afferere, Benedictum III. immediate successe Leoni IV. Fabulantur ergo hi, qui dicunt, Joannam Papissam (quam alii patria Anglicam, alii Moguntinam, sibi hac in re non constantes, inscite comminiscuntur) successisse Leoni IV. Non infiior tamen, hanc Joannæ Papissæ fabulam legi nunc in Chronicis Marianæ Scotti, Sigeberti, & nostri Martini Poloni, sicut & in Speculo Historiali nostri Vincentii Bellovacensis lib. 25. capit. 36. sed contendit, nullam illius fabulæ in antiquis MSS. horumce Authorum Codicibus haberi mentionem. At enim Leo Allatius in confutatione fabule de Joanna Papissa ex monumentis Grecis luculentter ostendit, hanc de Joanna Papissa fabulam non fuisse exaratam in sinceris Marianæ Scotti Codicibus. Non extat etiam prædicta fabula in antiquis MSS. Codicibus Sigeberi Gemblacensis Abbatis, ut præcipue constat ex Autographo Cœnobii Gemblacensis, quod a Mireo editum est, & in quo tam putidæ fabulæ nec vola, nec vel minimum reperitur vestigium. Non extat etiam hæc fabula in antiquis MSS. nostri Vincentii Bellovacensis Codicibus, sicut clare colligitur ex nostro Ptolomeo Lucensi, qui post Vincen- tium Bellovacensem, Marianum Scottum, & Sigebertum scriptis. Ille quippe Historiam Ecclesiasticam, qua adhuc in Bibliotheca Vaticana indebita afferatur, post annum millesimum trecentum duodecimum concinnavit, & lib. XVI. cap. VIII. de Leone IV. Summo Pontifice, cui fabulatores Joannam Papissam substituerunt, hæc scribit. Omnes, quos legi, preter Martinum (noscimus videlicet Polonum) tradunt, post Leonem IV. fuisse Benedictum III. Martinus autem Polonus ponit Joannem Anglicum. Unde perspicuum est, hanc Joannæ Papissæ fabulam non extitisse in antiquis MSS. Codicibus Vincentii Bellovacensis, Marianæ Scotti, & Sigeberti. Alioquin Ptolomeus Lucensis non in uno solo Martino Polono, sed etiam in his mox laudatis Autoribus, qui ante ipsum scripserunt, hanc de Joanna Papissa fabulam legisset, cum tamen aperre testetur Ptolomeus Lucensis, se in uno solo Martino Polono invenisse. Quin, multi sunt hujus temporis Viri eruditæ, qui observant, ideo Ptolomeum Lucensem hanc de Joanna Papissa fabu-

tabulam in Martino Polono reperisse, quia aetate Ptolomæi Lucensis, Historia Ecclesiastica, quam adornavit Martinus Polonus, jam hac in parte fuit interpolata, & fabula de Joanna Papissa recens excogitata, in eam intrusa est. Quam certe fabulam nequaquam in Martino Polono offendisset Ptolomeus Lucensis, si sinceros illius Scriptoris Codices nactus fuisset. Testatur siquidem Leo Allatius loco superius memorato, extare in Bibliotheca Vaticana antiquissimum Martini Poloni exemplar, in quo post viam Zenonis IV. nulla proorsus sit Joannæ Papissæ mentio. Lambecius etiam libr. II. Bibliothecæ Cesareæ cap. VIII. testatur quatuor in ea Bibliotheca reperiri Codices MSS. Martini Poloni, in quibus fabulæ de Joanna Papissa nulla profus habetur mentio, indeque jure merito concludit, Martinum Polonum falso audire auctorem, vel approbationem absurdissimi hujus Commenti, ejusque Chronicon non nisi post illius mortem, quæ anno MCCLXXVIII. contigit, partim malitia Hæreticorum, partim nimia credulitate imperitorum, quorum animos pervulgata hæc de Joanna Papissa fabula animos occupaverat, ea labo fuisse insectum. Idem ex vetustis MSS. Martini Poloni Codicibus solide evincit eruditus noster Echardus in libro a se edito, cui titulus: Summa Sancti Thomæ vindicata pag. 567. & pag. 620. & sequentibus, ubi late probat, hanc fabulam de Joanna Papissa non reperiri in antiquis & melioris Notæ MSS. Codicibus Martini Poloni, quos ipse legit, & citat (a).

"(a) Ut vera tamen fatear, in Codice Martini Poloni, quem servat Bibliotheca Illustrissimi Capituli Cathedr. Ecclesiæ Lucensis, fabellam hanc de Joanna Papissa sub dubio tamen a Martino assertam reperi. Est autem Codex eodem saeculo XIII. scriptus, quo & Martinus vixit, ut patet ex Catalogo Roman. Pontif. eidem adjuncto, in quo Pontificum nomina usque ad Nicolaum III. qui anno 1277. vivebat, eadem manu scripta leguntur; certorum vero quorundam extant quidem, sed altera manu antiqua, recentiori tamen quam quæ in toto Codice, adjecta sunt.

Quantum attinet ad Joannæ Papissæ Statuam, quam inter cæteras Pontificias in Ecclesia Senensi vidisse se, testatur Joannes Launojus doctor Sorbonicus, fatentur Viri eruditæ rem ita se habere. Illa etenim de Joanna Papissa fabula ita omnium animos pervaserat, ut ejus Statua inter cæteras Pontificias reposita sit in Ecclesia Senensi, quæ sub hæc novissima sæcula refecta, seu restaurata est. Legi nuperrime in Mijo Italico doctissimi Patris Mabill. Tom. I. part. I. pag. 159.

quod, dum ipse Senensem Ecclesiam inviseret, & non sine admiratione pavimentum marmoreis Graves. Hist. Tom. III.

segmentis depictum, quale nusquam alibi inventum, sicuti Statuas Indigenarum Pontificum, quæ in ea conspicuntur, avidis oculis lustraret, hanc tamen fabulosæ Joannæ Statuam inter alias Pontificias nec vidit, nec quidquam de ea tum temporis rescire potuit. Sed postea in suum natale solum, id est in Gallias reversus, didicit per literas ad se ab Abbe Jacobo Mignanello scriptas, hanc fabulosæ Joanne Papissæ Statuam, quæ antehac inter alias Pontificias in Ecclesia Senensi videbatur, tandem sub Pontificatu Clement. VIII. cooperante cum Magno Etruriæ Duce ad Baronii preces Cardinali Tarugio Loci Archiepiscopo, fuisse non quidem penitus communiatum, sed, mutatis formæ mulieris lineamentis, ex femina, factam esse Zacharie Pontificis figuram, apposito Zacharie nomine, ne qua in posterum hac de re, ob servatam Statuæ memoriam suboriri posset suspicio. Porro, hæc fabulosæ Joanne Papissæ Statua in figuram Zacharie Pontificis immutata, persistit in Ecclesia Senensi usque ad Pontificatum Alexandri VII. qui ex Urbe Senensi cum oriundus esset, prædictam Statuam ab Ecclesia omnino removeri jussit, sicut Cl. Pagius, qui an. 1677. per Urbem Senensem transivit, testatur in sua critica Baronii, se audivisse a viro jam ætate proiecto, & probatæ fidei, qui locum, ubi antea erat illa Statua, ei indicavit, & operarium Ecclesiæ, aliosque ad rem exequendam adhibitos nominavit.

Denique, profus ineptum ac fictitium est quidquid de Sella Stercoraria effutunt Hæretici, ut Sedi Apostolicæ, quam cane pejus, & angue oderunt, possint hoc pacto aliquam infamiam inutere notam. Hæc quippe Sella Stercoraria, quæ etiamnum asservatur in Basilica Lateranensi, hoc vocabulum traxit, non ex forza (neque enim pertusa est, ut loco mox laudato optime observat Mabillonius, qui eam propriis oculis inspexit) sed ex versu Psalmi, qui, Pontifice recens electo in ea sedente, canebatur in Choro: Suscitat de pulvere egenum, & de stercore erigit pauperem; ut inde intelligeret electus Pontifex, se ex humili loco ad solidum gloriaz, sola misericordia divina, fuisse provocatum. Huic cærenoriam consimilis est alia, quæ in memoriam brevi peritura gloria mundi, in coronatione Pontificis nunc adhibetur, dum videlicet coram ipso e Sacrario, ad Altare per gente, stupa in arundinis apice confutu parata, combuti solet, illudque tritum acclamari: Sancte Pater, sic transit gloria mundi. Cæterum, ritus ille de Sella Stercoraria, qui ad altius insinuandam novo Pontifici humilitatem, primum inductus fuerat, post receptam apud nimium credulos de Pseudo-Papissa fabulam, ita infamis evasit, ut ob hoc Commentum fuerit penitus abrogatus, quod saeculo superiore, post Leonem X. Pont. Max. factum fuisse autemat Mabillonius.

D. Placet mihi admodum hæc historica Joannæ Papissæ fabulæ confutatio, Sed redeamus modo ad id, unde digressi sumus, nimirum

HISTORIA

rum ad Pontificatum Nicolai hujus nominis Pri-
mi, quem Benedicto III. successisse, & die xxiv.
mensis Aprilis anni DCCCLVIII. Romanum Pon-
tificem fuisse consecratum, jam observasti.

M. Nicolaus hujus nominis I. Theodori Civis
Romani filius, multa in Pontificatu gessit pro
fide, pro Ecclesiastica unitate, pro Disciplinae
conversione, ac restaurazione. Causa S. Ignati
Patriarchae Constantinopolitani, & Photii ejus-
dem Sedis invasoris cognitionem suscepit, illius-
que exauctorationem, ac istius intrusionem vehe-
menter improbat, atque irritas declaravit, ut
mox fuisus explicabimus, agendo de Sancto Ignati,
& de Photio. Joannem Ravennatem Archi-
episcopum jura Sedis Apostolicæ violantem, at-
que Romani Pontificis Synodo se se sistere de-
trectantem, excommunicationis fulmine perculit
Nicolaus Primus. Balduinum Flandriæ Comitem,
qui Juditham Caroli Calvi Galliarum Regis fili-
am sibi rapuerat uxorem, & ob id a Gallicanis
Episcopis fuerat excommunicatus, Carolo Calvo,
& Hermintrudi Reginæ ejus uxori reconciliavit,
obtinuitque, ut nuptias legitimas inter-
dictum Balduinum, & Juditham conjungi sine-
rent. Lothario Regi jussit, ut, ejecta Wal-
drada pellice, Theutbergam legitimam conjugem
suam in Palatium, thorumque recipere, atque
uxorem, ac Reginam haberet. Engeltrudem Co-
mitis Bosonis uxorem, quæ, viro relieto, hac
illac vagabatur, cum omnibus ejus fautoribus ana-
thematice confixit. Paulum Populoniensem, &
Formosum Portuensem Episcopos misit Legatos
ad Bulgarios, ut eis recens ad Christianam fidem
conversis Evangelium prædicarent. Quin, &
ipsest Sæcundissimus Pontifex hanc Bulgarorum
gentem Christo nuper acquisitam sanctissimis
præceptis instituit, & ad varia ipsius consulta
perdoce responderit. Plures Urbis Ecclesias instau-
ravit, Egenorum curam summa cum charita-
te gessit. Jejuniis, Vigiliis, & Orationibus va-
cabant, ut testatur Anastasius Bibliothecarius in
eius Vita. Tandem sanctitate conspicuus, post-
quam sedisset annos novem, menses sex, dies vi-
ginti, migravit ad Deum Nicolaus I. die xii.
mensis Novembris, anni DCCCLXVII. De Conci-
liis, quæ sub Nicolaus I. in Galliis fuere celebra-
ta, tam in causa Lorbari Regis, & Theutbergæ
ejus conjugis, quam in causa Rhodadi Episco-
pi Suevensis, & Hincmari Antistitis Laudunen-
sis, qui sua Sede depositi, ad Nicolaum I.
appellarunt, commodius in quarto Colloquio dis-
seremus.

Nicolaus Primo Summo Pontifici successit Ha-
drianus II. patria Romanus, qui die decima qua-
tra mensis Decembris ejusdem anni DCCCLXVII.
summa omnium gratulatione Pontifex Maximus
fuit ordinatus. Decessoris sui Nicolai vestigis in-
sistens Hadrianus II. Photium Sedis Constantino-
politanae invasorem anathematæ in Synodo Roma-
na ferit, Basilio Orientis Imperatori impense per
litteras gratulatus est, quod Photium expulisset,
& Ignatium Sedis Constantinopolitanæ, e qua
injuste deturbatus fuerat, restituisset. Praefuit
Hadrianus II. per Legates octava Synodo ge-

nerali, in qua, ut late explicabimus in quarto
Colloquio, e Sede Constantinopolitana dejecto
Photio, eamdem Sedem recuperavit Sanctus Ignatius
legitimus Patriarcha. Lothario Regi, ut
Theutbergam Reginam, legitimam conjugem
suam, in consortium recipere, jussit; Waldra-
dam tamen Lotharii pellicem, pœnitentiam simu-
lantem, rogante Ludovico Imperatore, commu-
nioni restituit, ea lege, ut ad Lotharii societa-
tem non rediret. Lotharium etiam Regem facte
asserentem, se omnia, quæ jusserat Nicolaus Pa-
pa, implevisse, & Waldadam pellicem suam eje-
cisse, Ecclesiasticæ itidem communioni restituit.
Carolum Calvum, qui Lotharii in Italia mortui
Regaum occupaverat, acriter per litteras incre-
puit, quod Regnum fratris sui, hereditario ju-
re ad Ludovicum Imperatorem devolutum, con-
tra divinas, humanasque leges, per tyrannidem
usurpasset. Carolomanni, qui a patre suo Carolo
Calvo e Regni finibus expulsus, ad Sedem Apo-
stolicam consugerat, patrocinium suscepit Hadrianus II. ob idque rogavit Carolum Calvum, ut
filium suum Carolomanum in gratiam recipere,
& districte veruit Episcopis Gallicanis, ne contra
Carolomanum excommunicationis sententiam pro-
ferrent. Hincmari junioris Laudunensis Episcopi,
in Synodo Duziacensi depositi, appellationem
ad Sedem Apostolicam suscepit Hadrianus II.
& alterum in ejus locum prohibuit ordinari E-
piscopum, donec illius causa, Romæ ad novum
examen revocata, discussa, & finita fuisse. Obiit
Hadrianus II. vita sanctitate illustris, anno
DCCCLXXII. postquam sedisset annos quinque,
sicut testatur Guillelmus Bibliothecarius, qui
continuavit Historiam Pontificalem, quam Anas-
tasius Bibliothecarius in Nicolaus, hujus nominis
gentem Christo nuper acquisitam sanctissimis
præceptis instituit, & ad varia ipsius consulta
perdoce responderit. Plures Urbis Ecclesias instau-
ravit, Egenorum curam summa cum charita-
te gessit. Jejuniis, Vigiliis, & Orationibus va-
cabant, ut testatur Anastasius Bibliothecarius in
eius Vita. Tandem sanctitate conspicuus, post-
quam sedisset annos novem, menses sex, dies vi-
ginti, migravit ad Deum Nicolaus I. die xii.
mensis Novembris, anni DCCCLXVII. De Conci-
liis, quæ sub Nicolaus I. in Galliis fuere celebra-
ta, tam in causa Lorbari Regis, & Theutbergæ
ejus conjugis, quam in causa Rhodadi Episco-
pi Suevensis, & Hincmari Antistitis Laudunen-
sis, qui sua Sede depositi, ad Nicolaum I.
appellarunt, commodius in quarto Colloquio dis-
seremus.

Nicolaus Primo Summo Pontifici successit Ha-
drianus II. patria Romanus, qui die decima qua-
tra mensis Decembris ejusdem anni DCCCLXVII.
summa omnium gratulatione Pontifex Maximus
fuit ordinatus. Decessoris sui Nicolai vestigis in-
sistens Hadrianus II. Photium Sedis Constantino-
politanae invasorem anathematæ in Synodo Roma-
na ferit, Basilio Orientis Imperatori impense per
litteras gratulatus est, quod Photium expulisset,
& Ignatium Sedis Constantinopolitanæ, e qua
injuste deturbatus fuerat, restituisset. Praefuit
Hadrianus II. per Legates octava Synodo ge-

ECCLESIASTICA.

non dixit: Joannam Papissam sub finem sæculi
noni sedisse, sed afferit, eam Leoni IV. qui me-
dio sæculo nono vixit, immediate successisse, quo
fit, ut Joannes VIII. qui exente sæculo nono Se-
dem Romanam tenuit, locum huic fabulæ, de
Joanna Papissa, dare haud potuerit. Præter-
quam quod Joannem VIII. excusatione dignum
esse, dum Sancto Ignatio vita functo, con-
fensit, ut Photius Sedem Constantinopolitanam
retineret, censem eruditus Petrus de Marca lib.
3. de Concord. Sacerd. & Imp. cap. 14. In hanc
quippe Photii in Sedem Constantinopolitanam
restitutionem consensit tantum Summus ille Pon-
tifex, ut bono Ecclesiæ consuleret, necessitatibus
dens, & rogatus a Basilio Imperatore Orientis,
fretusque auctoritate Summorum Pontificum Leo-
nis, & Gelasi, qui in rerum angustiis, tempe-
randas esse regulas, docent. Quocirca Joannem
VIII. in hac Photii, in Sedem Constantinopoli-
tanam, restitutione, a culpa liberat Basilio Im-
peratoris, Patriarcharum Orientis, totiusque Sy-
nodi Orientalis consensus, quem præve datum
esse, idem Pontifex suis litteris significat, pro-
fertque ad confirmationem suæ sententiae exem-
pla Atbanasi, Chrysostomi, & Flaviani, qui a
Synodis depositi cum fuisse, a Sede Apostolica
in integrum restituti sunt. Sedit Joannes VIII.
annos decem, & dies duos, obiitque die decima
quinta mensis Decembris, anni DCCCLXXXI. Plu-
res, pro bono Ecclesiæ regime, ad varios Epi-
scopos litteras scripsit Summus ille Pontifex,
quæ extant in Tom. III. Concil. Galliæ. Ea
tamen, quæ nomine Joannis VIII. Papæ circum-
fertur Epistola, contra Spiritus Sancti processionem
a Filio, & additionem particule, Filioque, ad
symbolum, ipsi per calumniam affixa est. Per-
petram etiam Platina, in Vita S. Gregorii Ma-
gni, quatuor libros de Vita Sancti illius Ponti-
ficius adscriptis Joanni VIII. Papæ, quos potius
certissime constat, tribuendos esse Joanni Diacono,
qui Vitam S. Gregorii Magni Pontificis,
quatuor libris comprehensam, jubente Joanne VIII.
aggressus est, eique nuncupavit. In locum demor-
tui Joannis VIII. Papæ, post paucos, ab ejus obi-
tu, dies, suscepit est Marinus ex Gallesio Fale-
riorum, in Etruria ortus. Vir fuit multis virtu-
tibus, & tribus Legionibus, quas Constantinopo-
lim profectus sub tribus Summis Pontificibus Ni-
colao I. Hadriano II. & Joanne VIII. magna cum
laude obiit, clarissimus. Hanc supremam Eccle-
siæ dignitatem ut primum assedit est Marinus,
damnavit, & ab Ecclesiæ communione re-
movit Photium. Indulgentiorem tamen se præbuit
idem Pontifex erga Formosum Portuensem Epi-
scopum, quem Sede sua a Joanne Octavo deje-
ctum in pristinum statum restituit, eumque, ut
testatur Auxilius Scriptor coævus lib. 2. de Ordin-
nationibus Formosi, capite vigesimo, absolvit a ju-
ramento, quo invitatus Joanni octavo promiserat,
se in Laica communione perpetuo manaturum. Se-
dit Marinus annum unum, & menses quinque,
obiitque die incerto mensis Maii, an. DCCCLXXXIV.
Eodem mense, quo mortuus est Marinus, crea-
tus est Pontifex Romanus Hadrianus hujus nomi-
nis III. patria Romanus, qui Decessoris sui con-
stantiam imitatus, Photium communione priva-
vit, nec precibus Basili Orientis Imperatoris
flecti unquam potuit. Brevis admodum fuit illius
Pontificatus. Invitatus siquidem a Carolo Craffo
Imperatore, ut in Gallias veniret, cum jam ad
medium itineris spatium pervenisset, celeri infir-
mitate correptus, obiit in Cœnobio Monachorum
Nonantulensem, an. DCCCLXXXV. postquam sedisset
annum unum, & menses quatuor, ut habent
plerique Codices. Ei successit Stephanus VI. qui
Roma ex illustri prosapia oriudus, & omni vir-
tutum genere prædictus, hanc summam dignita-
tem promeritus est. Cum primum Stephanus Sex-
tus Pontifex Romanus fuit inauguratus, paterna
bona, larga manu, in pauperes effudit, etiam si
Patriarchium Lateranense expilatum invenisset,
ob inolitam, videlicet, pessimam consuetudinem,
qua post obitum Pontificis universa Palatii Apo-
stolici supplex diripi solebat. Locutas agrum
Romanum depascentes aqua benedicta expulit
Sanctus ille Pontifex. Pluviam quæ jam pri-
dem fluere desierat, precibus suis impetravit, Mi-
nistros vitæ probitate, & sapientia conspicuos, in
Consilium adhibuit. Photium Pseudo-Patriarcham
Constantinopolitanum, ceu Laicum, & ab Eccle-
sia damnatum, execratus est. Ordinandis Eccle-
siis, alendis orphanis, redimendis captiuis, suble-
vandis egenis, & infirmis, omnia bona sua im-
pendit. Orationem habuit in Maleficos, qui gen-
tium more Demones consulebant. Acriter et
iam in eadem Oratione invehitur in eos, qui
immodesia, & confabulationibus Sacra Tempia
maximo dedecore afficiebant, ut videre est apud
Guillelmum Bibliothecarium in ejus Vita. Obiit
Sanctus ille Pontifex anno 891. cum sex annos
in Petri Cathedra sedisset. Post mortem Stepha-
ni Sexti, Ecclesia ab his Pontificibus Roma-
nis, qui sub finem noni sæculi, totoque du-
rante sæculo decimo, Apostolicam Sedem tenuer-
unt, magnam labem passa est. At enim (ut
verbis utar doctissimi Mabillonii, in Præfatione
ad sæculum v. Benedictinum) ad id temporis
Sedem Apostolicam tenuerunt plerique piissimi
Pontifices, nec quisquam fere omnium ejus san-
ctitatem antea, majestatemque temeraverat,
quæ humana, si qua ipis excidissent, errata, il-
lustri pœnitentia exemplo diluisserent. Inviolabilis
apud eos erat Canonum Sacrorum auctoritas,
qua suam ipsi potestatem ultra moderabantur.
Et ne longius exempla sumamus, ita sæculo no-
no vixerunt, post Leonem III. ejusque succe-
sores piissimos Nicolaus primus re, & nomine Ma-
gnus, Hadrianus II. & Stephanus VI. Sed o lu-
genda Roma, inquit Arnulphus Aurelianensis An-
tistes apud Gerbertum, in Actis Synodi Remen-
sis, que nostris Majoribus clara Patrum lumina
prebueristi, nostris temporibus monstruosa tenebras,
futuro sæculo famosas, offudisti. A Formoso Ro-
mano Pontifice incepit mali labes, sive is cau-
sa fuerit, sive occasio. Nempe hic Portuensis
primum Episcopus, a Joanne VIII. in ordinem
redactus est in Synodo Romana, interposito ju-
ramento, se in Laica Communione perpetuo

permansurum. Hujus exauctorationis causæ fuerunt tres. Prima, quod a Nicolao Primo in Bulgaria missus, Bulgarorum Regem Sacramento obstrinxisset, ne alium Episcopum, ipso superstite, a Sede Apostolica sulpiceret. Deinde, quod contra præscripta Canonum, per ambitum, ab Ecclesia Portuensi, cuius erat Episcopus, ad Romanam Sedem profilire conatus esset. Postremo, quod, inconsulto Summo Pontifice, propriam defueriset Ecclesiam, & relicta Urbe, contra Reipublicæ, & Imperii salutem, cum suis fatoribus conspirasse videretur. Marinus Pontifex, ut jam observavimus, a depositione, & juramento absolvit Formosum, qui post Stephanum VI. in supremum illum Thronum sublimatus est, primusque translationis exemplum in illa Sede præbuit.

D. Quo anno Formosus creatus est Pontifex Romanus, & quo pacto se se in Pontificatu gessit?

M. Eodem mense, & anno, quo Stephanus VI. e vivis sublatus est, hoc est mense Mayo, anni DCCXXI. Formosus Portuensis Episcopus electus, & consecratus est Pontifex Romanus. Tentavit quidem Sergius S. R. E. Diaconus Pontificatum invadere, sed illius Factio statim concidit, & Formosi pars superior evasit, ac Sergium expulit, teste Luitprando. Inauguratus Pontifex Formosus condemnationem Photii Pseudo-Patriarchæ Constantinopolitanæ confirmavit. Episcopos, ac Presbyteros a Photio ordinatos, ea tantum legge in communionem recepit, ut libellis supplilibus oblatis, se errasse fatentur, & penitentiam obirent. Scripsit ad Episcopos Angliae, & Ecclesiæ Anglicanæ, quæ ob frequentes Danorum incursionses, Episcopos destituta, ad Gentilitatem pene recederat, sedulo providit. Pro Caroli Simplicis, adhuc pueri, ad Regimen Francorum protectione, literas dedit ad Odonem Comitem, qui Regium nomen, & supremam potestatem usurpaverat, eumque monuit, ut Carolum Simplicem legitimum Gallorum Regem, bello desinaret lacefere, donec Fulco Remensis Archiepiscopus, qui Caroli Simplicis ius tuebatur, Sedem Apostolicam audiisset. Widonem, & filium ejus Lambertum Italæ Reges, Romæ unxit, & coronavit Formosus Papa. Arnulphum Germanicæ Regem, Romam accivit, ut Sedem Apostolicam a tyranide Principum, qui Italianam bellis infestabant, liberaret, eumque Romæ Imperatorem coronavit. Sedit Formosus Papa annos quatuor, & menses septem, obiitque anno DCCXXVI. ipso die Paschatis, quod hoc anno incidit in diem quartum Aprilis, ut testatur Hermannus Contrarius, in Chronico juxta editionem Canisianam. Formosum Papam fuisse religionis integritate, divinarumque Scripturarum scientia clarissimum, testatur Luitprandus Auctor coævus lib. I. Hist. cap. viii. (a) Nihilo secius in Formosum vita functum, atrociter saevit ejus, in Sede Romana, successor Stephanus hujus nominis Septimus. Quippe qui mortuum Formosum decessorem suum, exhumari jussit, in judicium vocavit, & in Cathedra Pontificia Sacerdotibus indumentis orna-

tum collocavit, atque his verbis, quasi adhuc viventem compellavit: *Cum Portuensis esses Episcopus, cur ambitionis spiritu, Romanam universalem Sedem usurpasti?* Quo dicto, Cadaver Formosi, sacræ vestibus extum, tribus abscessis digitis, in Tyberim jactari præcepit. Hanc pessimam, quæ Formosus Papa, post mortem obtigit, fortunam, jure merito deplorat Auxilius hujus temporis Scriptor Gallus, in libello, quem edidit super causa, & negotio Formosi Papæ, per modum Dialogi scripto, ubi haec habet: *Is est profecto ille, seu Formosus Papa, qui in omni vita sua, tantæ gravitatis forma extitit, ut vinum non biberet, carnis gustum nesciret, fæmineæ copule expers, octogenarius virginum corpus suum hominem exuens, terre commendaret. Iste etiam gentes Bulgarorum, vitam sanctitatis prædicatione confirmans, ut verus Apostolicus, ad fidem adducit.* Er cum tanta probitate prædicans toti mundo, ut alter Lucifer illuminasset, vim passus in Sepulchro, busta diruta, ossa fracta, uti quoddam memphiticum, effectus est extra publicum; Cui tanto viro examinato ut aurum, nibil juvare potuere scholæ clamantes: *O parcite sepulcro! est nullum cum moriuis certamen: Sed fuit in eo (seu Stephano VII) licitum, quod libitum.* Neque enim ipsis Apostolis datum est de mortuis præjudicare. Hunc libellum, in quo per modum Dialogi, Auxilius Formosum Papam defendit, ex MS. Codice Fiscamneni erutum, publicavit doctissimus Mabillonius.

(a) Non est cur præteream aliquid, quod forte plures latet, cum tantummodo innotuerit ex Epistola P. Ruinarti de MS. quodam codice apud Carmelitas Excalceatos Sangermanenses; qui sane MS. Codex exhibet carmen Flodoardi de Romanis Pontificibus. Tradit igitur V. Cl. agi ibi fuisus de rebus gestis a Formoso, ibique inter cætera legi, Carolum Simplicem Francorum Regem periisse ab eo Eulogias, nempe panem Benedictum. Vide hanc epistolam recitataam a Fabricio in Biblioth. Medii Aevi v. Flodoardus.

D. Hic Stephanus VII. qui Formosus manibus cum tanta ignominia influitavit, fuitne immediatus illius in Sede Apostolica successor?

M. Mortuo, ut jam diximus, Formoso Papa die IV. Aprilis anni DCCXXVI. Bonifacius hujus nominis Sextus Sedem Romanam malis artibus invasit, quam, teste Flodoardo, dies tantum xv. tenuit. Vir fuit sceleratus, bis depositus, Diaconus, & Presbyteratus exauctoratus, cuius Antipapa memoriam damnavit postea Romana, sub Joanne IX. Papa, Synodus. Hunc Antipapam Bonifacium expulit Stephanus Septimus intrusum videlicet intrusus, sed, accidente Cleri consensu, legitimus deinde Pontifex habitus, ne schismate Ecclesia scinderetur. Is est Stephanus Papa, qui non solum, ut jam observavimus, cadaver Formosi decoloris sui in Tyberim projici jussit, sed etiam omnes ordinationes ab illo factas nullas, & irritas declaravit, voluitque, ut ii omnes iterum ordinarentur, quos Formosus ad sacros gradus promoverat.

D. Hæc tria Sacraenta, Baptismus videlicet Confirmationis, & Ordinis, ut sepius audivi, im-

prium characterem, ac subinde iterari non debent. Qui potuit igitur Stephanus VII. præcipere, ut ii omnes iterum ordinarentur, quos Formosus Papa ad Sacros Ordines provexerat?

M. Theologi, ad excusandum Stephanum Se-
ptimum Romanum Pontificem, duabus viis insi-
stunt. Aliqui farentur, Stephanum Papam hac
in causa omni proculdubio errasse, sed ipsius er-
rotum fuisse *conversationis*, non *predicationis*.

Nullo enim modo ad fidem spectabat, quæ de Formosus Papa Ordinationibus id temporis mota

est disceptatio. Sed circa duo tantum Capita ver-
sabatur, quæ hominum opinionibus erant obno-
xia. Primum erat, an Formosus, qui deposi-
tus fuerat, & contra Canonem decimum sex-
tum Concilii Nicæni Sedem Episcopalem muta-
verat, ad Pontificiam dignitatem fuisse canonice

promotus? Alterum, an Episcopus depositus,
& degradatus valide Sacros Ordines conferre pos-
sit? Quæ postrema quæstio tum temporis nec-
dum plane eliquata, & Ecclesiæ disciplinam

dumtaxat spectare plerisque videbatur. Hinc ali-
Formosus Papa Ordinationes validas esse defenden-
t, alii ex adverso, quorum opinionem sequen-
tis est Stephanus Septimus, eas invalidas, & ir-
ritas omnino esse, autemabunt. Nec mirum sa-
ne cuiquam videri debet, quod ea aetate Theolo-
gi de hac quæstione in utramque partem salva,

& inculpata fide, altercari potuerint, cum etiam
hacce tempestate doctissimus Pater Joannes

Morinus Congregat. Orat. Presbyter tam in suo libro de Ordinatione, quam in Opere posthumo de Sacramento Confirmationis, quamvis ultro fa-
teatur, de fide quidem esse, Sacraenta Con-

firmationis, & Ordinationis, quæ a Catholicis
Episcopis conferuntur, imprimere characterem,

eaque subinde iterari haud posse; docet atta-
men, Sacraenta Confirmationis, & Ordinationis,
quæ ab Episcopis Hæreticis, Schismaticis,
& degradatis administrantur, non impre-
me characterem, eaque fuisse in Ecclesia tæpius

iterata, ex multis antiquitatibus Ecclesiasticæ Mo-
numentis evincit. Quæ sententia licet communi-
nis non sit apud Theologos, nulla tamen censura

fuit haec tenus ab Ecclesia Catholica inusta, sed
potius arbitrio, & dispurationibus Theologorum

permittitur. Verum, si haec tibi non probetur
responsio, aliam ad excusandum Stephanum Se-
ptimum tibi suppedabo, quæ apud Theologos

pervulgata est, videlicet Stephanum Septimum Papam non præcepisse, ut hi, qui a Formoso

Pontifice fuerant ordinati, iterum ordinarentur,
sed eum dumtaxat voluisse, ut piaz quædam ad-

hicerentur cæmoniæ, per quas hi, quos Sa-
crais Ordinibus initiaverat Formosus Papa, quol-

que ob id a suorum Ordinum exercitio suspen-
tos declaraverat Stephanus Septimus, conferretur

potestas non quidem valide, sed liceat tantum Or-
dines, ad quos promoti erant, exercendi. Sed de

Formosus Papa Ordinationibus legendus est Auxilius

Scriptor coævus, qui duobus libellis Formo-

sus Ordinationes validas esse, acriter defendit;

Graves. Hist. Tom. III.

esque absque placulo in irritum mitti non pos-
se, multis probat. Legi potest etiam Gaspar Jue-
ninus Congreg. Oratori Presbyter in suo Com-
memorario Historico-Dogmatico de Sacramentis To-
mo 2. ubi late contra Joannem Morinum ostendit,
non solum Formosus Papæ Ordinationes, sed nec
alias factas ab Episcopis etiam Hæreticis, Schis-
maticis, & degradatis fuisse unquam in Ecclesia
iteratas. (a)

(a) Ucumque res sece habuerit, certum

profecto, assertumque mihi est, Ordinationes

Formosi a Stephano VII. irritas judicatas fuis-
se ac nullas, ut ex libellis Auxiliis apertissime

constat; asserit enim scriptor ille Ordinationes

Formosi ita abrogatas esse a Stephano, ut ju-

dicarit nova ordinatione opus fuisse initiatis

a Formoso, ut munus sacrum implere possent.

Insuper id plane elicit ex verbis *Insimulatoris*,

nempe illius, qui contra Ordinationes Formo-

si adversari personam induit apud eundem Au-

xilium; ait enim: Formosus quod non habuit da-

re non potuit, cui defensor earum Ordinatio-

num repunit: *dicas de potestate, non habuit,*

aut de actu? Cui aliter: *de utroque.* Neutrum

sive altero stat; si enim perdidit officium, offi-

cium non habet; quod si non habet, jam dare

minime potest. Perdidit quidem officium ubi ami-

sit potestatem. Et inferius defensor earum Or-

dinationum subjungit, & expendit argumen-

tum de Baptismo, quod semper perseverat et-

si baptizatus excommunicetur, tum concludens

adit: quod si unum donum per Spiritum San-

ctum datum nullatenus pereat evanesci, quomodo

dicas aliud simile donum (in Ordinatione col-

latum) posse pelli? Hic profecto non de in-

novatione cæmeriarum tantummodo, sed

& de ipsa Ordinatione agi compertum est,

quod etiam multo clarius inferius explicatur

illis verbis: unde apparet quia sicut baptizatus

rebaptizari non potest, sic sacratus refacrari non

potest.

D. Exhibuit sine integrum seriem Pontificum,
qui nono sæculo Ecclesiam Romanam guber-

nabant?

M. Necdum integrum exhibui, sed eam modo

paucis absolvo. Stephanus Septimus, ut mox di-

ximus, mortuo Formoso Papa, Pontificatum ob-

tinuit anno DCCXXVI. & postquam sedisset an-

num unum, mensem unum, & dies aliquot, in

carcerem detrusus est, ubi strangulatus periit an-

no DCCXXVII. sicut probat Pagius contra Baro-

nium, qui mortem Stephanii Septimi illigat anno

nongentesimo. Ab hoc Pontifice deturpatam fui-

se Petri Sedem, testatur Baronius ad annum

DCCXXVII. num. x. his verbis: Stephanum non au-

derem inter Romanos Pontifices numerare, nisi id

factum a majoribus invenisem, utpote tanto indi-

gnum nomine, qui primus, & solus nefando, &

inauditio sacrilegio, Petri Sedem adeo deturpavit